

Pembroke 25 Sermo 38 (fols. 87v–90r)

/87v/ .xxvii. ALIA . IN .iiii. FERIA . IN LETANIA  
MAIORE .

ECCE fratres karissimi dies sancti

ác spiritales et animę nostrę medicinales

adsunt . Et ideo quicumque uult sanare pec

catorum suorum uulnera . non despiciat accipere

medicamenta salubria . Ipse enim in his diebus

non requirit medicum . qui se non sentit esse

/88r/ aegrotum . Et quis est fratres qui se in area mundi istius

ita gaudeat posse repugnare . ut nullum possit

diaboli uulnus accipere . Quis enim contra tot

milia daemonum die noctuque ita stare potuit semper

armatus . ut numque fuerit diaboli calliditate percus

sus . [ii.] Quis enim cogitare uel enumerare preualeat

dolos et insidias hostis antiqui . de quo scriptum

est cui<sup>1</sup> nomina mille . et mille nocendi artes .

Et ideo fratres karissimi quomodo ipse ex omni parte nos semper

uulnerare conatur . Ita unusquisque nostrum cum dei

adiutorio contra illius insidias preparetur . Au

diamus ergo consilium beati pauli apostoli de contra

insidias diaboli armis nos semper spiritualibus muni

amus . Sumite inquit scutum fidei . luricam

iustitię et galeam salutis . et gladium spiritus quod est uer

bum dei . Quid enim mali a diabolo sustinere pote

rit . qui se talibus armis instruxerit . Consurget

enim ille cum sua infidelitate . tu autem surge cum

fide . ille pugnat superbia . tu humilitate . ille ex

hibet luxuriam . tu castitatem . apprehendit ille

---

<sup>1</sup> ends in a curved stroke, like the lower half of a c.

nequitiam . tu tene iustitiam . ille ingerit iracun-  
diam . tu sectare pateientiam . ille inmittit auaritia-  
ritiam . tu exerce misericordiam . ille ammonet gulam .  
tu contine abstinentiam . [ .iii. ] Similiter et in caeteris  
rebus . semper contraria aduersus nequitas dia-  
boli . Studeamus arma proferre uirtutum . et num-  
quam nos poterunt illius machinamenta decipere .  
Vt autem hæc possimus christo auxiliante complere et hostem  
/88v/ callidissimum opitulante diuina gratia reuincere . ie-  
iuniorum uigiliarum et orationum . arma nobis debemus  
iugiter prouidere . Quæ licet nobis omni tempore  
necessaria esse probentur . precipue tamen oportet  
in his tribus diebus quos regulariter in toto mundo  
catholica caelebrat aeclesia . ut nullus se a sancto con-  
uentu subducat . Nullus sanctam aeclesiam quasi  
cælestis medici scolam . terrenis actibus occupatus  
derelinquat . nullus castra spiritalia deserat .  
[ .iiii. ] Scitis enim fratres karissimi quia terreno regi militat . si se de  
acie pugnatorum timore compellente subtraxerit .  
non solum gloriam uel premia parata non accipiet .  
sed etiam presentis uitæ periculum non euadet . Qualis  
ergo est ille qui terreni regis exercitum deserit . sine  
dubio talis iudicandus est et ille . qui in istis tribus diebus  
christi ecclesiam derelinquit . Quicumque ergo sine aliqua  
infirmirate aut certa occupatione in istis diebus  
dei populum deseruerit . Ab illo cælesti rege non premium  
sed obprobrium . non gloriam sed ignominiam . non gau-  
dium sed tristitiam recepturum se esse . cognoscat .  
Equalitas est quasi fugitiuus et desertor castrorum  
caelestium . aeternam confusionem et dignum meritis  
suis supplicium sustinebit . Sed absit fratres ut de uobis

talia suspicentur . [.v.] Credimus enim quod uos uelut  
apes prudentissimas ad aluearium suum . uolun  
tarię festinatis ad aecclesiam dei . ut dulcedinem  
spiritalis mellis ex diuinis lectionibus fideliter preguste-  
tis . Cum profeta dicente . Quam dulcia faucibus meis  
/89r/ eloquia tua domine super mel ori meo . Et iterum . Credimus  
fratres karissimi . quod si in istis tribus diebus fideliter ad dei aecclesiam  
decurrimus . et contrito corde et humiliato corpore  
dei misericordiam assidue deprecemur . Omnia peccatorum  
nostrorum uulnera quę per totum annum nobis inuitis  
subripiunt . isto triduanę conpunctionis medi  
camento . per dei clementiam ad sanitatem pristinam  
reuocantur . Dicente domino in aeuangelio . [.vi.] Amen  
dico uobis . gaudium est angelis dei super uno peccatore  
poenitentiam agente . quam super nonaginta nouem  
in deserto qui non indigent poenitentiam . Furio-  
sum ergo ad saluti animę contrarium tabulę lusum .  
non solum in his diebus sed etiam omni tempore fu-  
gite . nemo se otiosis fabulis studeat occupare .  
ne inde sibi uulnera faciant . Vnde sibi preparare  
medicamenta potuerant . Nemo in istis tribus diebus  
sanguinem a se tollat nec potionem accipiat .  
nisi forte hoc infirmitas nimium periculosa  
compellat . Conuiuia nobis quadragesimali or-  
dine in his diebus preparemus . exceptis infirmis quibus  
quod necessarium sit eis . Licitum est secreto acci-  
pere . Et magis psallendo legendo uel orando  
animabus nostris spirituales aepulas . quam corporales  
dilicias in his requiramus . [.vii.] Ut ad integrum deo ua-  
cantes et misericordiam illius . suppliciter exorantes .  
et a cunctis infirmitatibus sanari . et a peccatis omnibus

erui mereamur . Pro certo enim credere debemus  
fratres . quia si peccata nostra cessarent . statim a nobis  
/89v/ flagella debita diuina misericordia remoueret . Sic  
enim ipse per prophetam promittere dignatus est dicens .  
Conuertimini ad me . et ego reuertar ad uos .  
Et iterum . Conuersus ingemueris . tunc saluus  
eris . Conuertamur<sup>2</sup> ergo fratres ad meliora . dum  
in nostra sunt potestate remedia . Et pius ac  
misericordem deum quem peccando irritauimus .  
bonis operibus ad misericordiam prouocemus . Vt ipse  
secundum suam consuetudinem et aduersa repel  
lere a nobis . et prospera nobis dignetur pro sua pie  
tate concedere . Et ideo fratres karissimi et iterum ammo  
neo . ut quicumque deum in ueritate diligunt . et ad  
aecclesiam cito ueniunt . et tarde ab ea descendunt .  
perseuerent in opere bono . et otiosas uel seculares  
fabulas uel uenenum mortiferum respuant .  
et magis psallere et orare assidue contendant .  
Et contemnentes amaritudinem mundi dum in  
ecclesia dei fuerint . magis requirant unde semper  
accipiant dulcedinem christi . Qui uero negle  
gentes sunt ad aecclesiam non solum tarde ueniunt .  
sed etiam priusquam diuina misteria compleantur  
cito abscedunt . et in ipsa aecclesia otiosis fabulis  
uacantes . nec ipsi psallunt . nec alios psallere  
uel orare permittunt . sciant quod non inter christi  
examina in die iudicii reputabuntur . Et ideo  
quales sunt cito se corrigant . cauentes ne in  
eo loco sibi preparent mortem . ubi inuenire  
potuerant uitam . Audite ergo me fratres rogantem

---

<sup>2</sup> Conuertamur ] *corr. from* Conuertatur

/90r/ audite paterna pietate uos humiliter ammonentem . ut uobis  
deus et in hoc seculo sanitatem corporum et ubertatem fructuum atque  
peccatorum indulgentiam tribuat . et in futuro ad eterna premia perue  
nire concedat . Sic ergo diuina pietas moderetur actus uestros  
et animas gubernare dignetur . ut cum tempus retributionis  
aduenerit . Ego qui uos cum caritate ammoneo obtinere me  
rear ueniam . et caritas uestra per benignam oboedientiam perue  
niat ad coronam glorię . Prestante domino nostro iesu christo . cui est  
honor et imperium in secula seculorum . amen .